

magis recipienda est, & vtilius videri debet, quod est honestius. Si enim dicimus mulieri ab alio vtiliter donatum esse, in honesta alicuius donationis suspicio quæ dæ oboriatur. Quod præclare expressit Plautus in Cassi. dū Mirinam Clostratam ita alloquitur. Vnde ea tibi est? Nā pecuni probam nihil habere addeceat clam viro, & quod habet partum, ei haud commodum est, quin aut viro subtrahat aut stupro inuenierit, hoc viri censo nunc quicquid tutem est. hæc Plautus. Nec dici hic potest, mulierem ex honestis operis sibi quidpiam quæ fuisse, cum quod tenuis admodum esse soleat mulierū industria, rum etiam quod viris operari debeant. l. scilicet. ff. de oper. liber. & latè tradit Tiraquel. de legibus connubial. l. 1. num. 2.

Extenditur primò hæc præsumptio, vt locum habeat etiam in vxore putatiua. Nam, & quæ sita ab hæc ipsa præsumuntur ex bonis mariti quæ sita. Ita tradit Tiraquel. in tract. de legib. connubial. in glof. 6. num. 263. Et hæc quidem sententia magis, & magis comprobatur ex his, quæ mox subiiciemus. Ea est ratio quod, & in vxore putatiua, honestas ipsa considerabilis est, quæ re de adulterio præsumitur. l. si vxor. ff. ad l. Iuliam. de adult. Et hæc quidem operari debet marito, a quo alitur. Et accedit, quod, & ratio illa euitandæ suspitionis furti, locum habet, & in hac ipsa, sicuti in vera vxore. Quæ verò à Tiraquel. aduersus traditionem hanc afferuntur, facili negotio dissoluntur.

Extenditur secundò, vt procedat etiam in concubina quæ pariter ex bonis viri acquisiisse præsumitur, sicuti scripserunt Bald. in l. 1. num. 1. C. de natural. libe. Barb. in tract. de præstantia Cardinalium. par. 1. quæst. 3. Crott. in l. frater à fratre. num. 12. o. ff. de condic. indebiti. Crem. in sing. 6. Io. Lupus in rub. extra. de dona. inter virum, & vxor. §. 60. Antonius Gabriel. in lib. 1. conclusionum. tit. de præsumpt. conclus. 15. num. 3. & Mascardus in concl. 340. nu. 1. Quam quidem sententiam satis mihi probare videtur dict. l. 1. §. ipas. C. de natural. liber. vbi si illi quæ senatoris vxor non est, sed concubina, aliquid quæ situm, vel commendatum dicitur, reddi viro id debet, quod si negat melior, aliunde in iustè quæ fuisse dices, tormentis subiicienda est.

Nec repugnat consideratio Alciati in dict. præsumpt. 26. dicentis, illam præsumptionem non esse legis, sed hominis. Est enim verius præsumptionem legis esse, cum lex existimet, concubinam è bonis viri subtraxisse, & ob id quæ sitionibus subiiciendam esse. Et accedit quod in concubina eadem militat ratio, quæ & in vxore. Nā cum concubina quæ sita sit, que in domo maritali affectu retinetur, vt scribit Bartol. in l. concubinam. ff. de concub. & reliqui in l. si qua illustis. C. ad Orphicianū, ob id vxori æquiparatur, sicuti respondit Cephal. in consil. 390. num. 35. lib. 3. Et pro honesta muliere haberi dicitur. Ex quo sequitur, quod sicuti ad euitandam turpem suspensionem in vxore, sumitur præsumptio hæc, ita & in concubina.

Cæterum ab hac opinione, dissentiunt Alc. in d. præf. 26. nu. 1. & Paris. in consil. 80. nu. 23. lib. 1. Ea ratione prima, quod facilius turpis quæ situs præsumitur in concubina, quam in vxore, & ideo non procedit argumentum de vxore ad concubinam, quia esset argumentari à maiori ad minus, hoc modo sumitur interpretatio, vt præsumatur vxorem quæ fuisse ex bonis viri, ob eius honestatem. Ergo etiam idem præsumitur in concubina, quod quidem (ait Alciatus) genus argumenti iure non recipitur.

Verum responderetur, quod etsi verum est, facilius præsumi turpitudinem in concubina, quam in vxore, attamen non inde fit, quin, & aliqua ex ter suspicio in concubina, & illa sit considerabilis, quandoquidem concubina quæ sita à lege honeste personæ loco habetur. leg. Massurius.

ubi Alciatus. ff. de verbor. signific. & Palzotus de nothis spurijque filijs, cap. 1. nu. 3. Et præterea accedit, quod ratio illa honestatis considerata à Iureconsulto in dict. Quintus, locum etiam hic habet. Cum enim duæ sumi possint præsumptiones, vna quod ex bonis mariti mulier quæ sita sit, altera, quod ex illicito quæ sit, benignior sumitur interpretatio, & præsumptio, quod ex bonis viri acquisierit. Hæc eadem ratio militat etiam in concubina. Est ergo dicendum, quod & hic casus comprehendatur in dispositione d. Quintus. cum non extensio, sed comprehensio esse dicatur illa quæ eandem habet rationem, sicuti in specie respondit Paris. in dict. consilio 80. num. 12. in fin. lib. 1.

Secundò ea ratione motus est Alciatus, quod etsi hæc quæ sita peruenierit ex bonis concubinarum, non tamen essent ita simpliciter restitueda à concubina ipsi concubinario, cum inter eos permixta sit concubinarium miles sit. l. 1. C. de donat. inter virum, & vxor. Bart. in l. affectuionis. ff. de donat. & Ripa in l. miles, num. 10. ff. de re iud. Verum respondetur, argumentum nil ad re pertinere. Nil enim inter se commune hoc habet, præsumi quæ sita ex bonis mariti ad euitandam suspitionem turpis quæ situs, cum illo, quod donatio facta concubina valeat. Nā verum esse potest vtrumque. Et procedunt in diuersis casibus, illud in dubio, hoc verò in claris.

Tertio considerabat Alciatus, iura quæ hanc præsumptionem introduxerunt, præcisè loqui de vxore, & ob id in concubina locum habere non possunt, sed faciliè responderetur, iura illa loqui de vxore, non tamen taxatiuè, aut præcisè, sed simpliciter, & ob id comprehendunt et concubinam, in qua militat (vt diximus) eadem ratio. Et accedit quod si consideratio Alciati esset vera, idem foret dicendum in vidua infra annum luctus, de qua dict. Quintus. non loquitur, & tamen contrarium est verius, sicuti dicemus in subsequenti extensione, ex eius Alci. sententia.

Quarto huic opinioni Paris. & Alcia. suffragari videtur, quod etsi olim concubina persona fuerit habita honesta, attamen diuersum est hodie, sicuti responderunt Dec. in consil. 15. col. 1. Paris. in consil. 80. nu. 3. lib. 1. & Crau. in consil. 16. nu. 8. & in consil. 22. nu. 12. Cum ergo femel mala fuerit, præsumitur semper mala in eo genere mali, iuxta c. femel. de reg. iur. in 6. Præsumitur ergo debet, quod etiam cum alijs turpem quæ situm exerceat.

Verum responderetur nos loqui de concubina, præsumptis terminis habitibus, nempe quod sit verè concubina, atque ita quod cum alijs non coeat alioqui concubina nomen non obtinet, sed potius meretricis.

Extenditur tertio hæc præsumptio, vt locum habeat etiam in vidua intra annum luctus. Nam, & illa præsumitur acquisiisse ex bonis mariti, sicuti scripserunt Alb. in l. etiam. C. de donat. inter virum, & vxor. Bal. in consil. 139. Proponitur quod quidam Ioannes. lib. 4. Capra in consil. 12. Ang. in consil. 141. super 1. num. 2. versic. secundò casu. Aret. in consil. 31. præpos. in cap. significauit. in fin. de donat. inter vir. & vxor. Alex. in consil. 82. num. 14. lib. 2. Crotus in l. frater à fratre. num. 45. ff. de condic. indeb. Dec. in consil. 137. num. 9. Ruin. in consil. 44. num. 4. lib. 5. Io. Lupus in rub. extra de donat. inter vir. & vxor. §. 60. num. 15. Io. de Garronibus in rub. C. de secundis nupt. num. 27. Cremen. in sing. 6. Alc. in tracta. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 261. num. 1. versic. 2. declarat. Neuz. lib. 4. syluæ nupt. num. 21. Bertran. in consil. 238. num. 4. lib. 2. Paris. in consil. 80. num. 8. & num. 28. lib. 1. Ioan. de Ripa in repet. l. famina. quæst. 20. C. de secund. nup. Boer. in quæst. 81. num. 7. Corasus lib. 3. miscella. cap. 5. nu. 4. Antonius Gabriel. in lib. 1. conclusionum. tit. de præsumpt. conclus. 15. num. 4. & Mascard. in conclus. 212. Roland. in consil. 86. num. 46. lib. 2. & Surd.

Surdus in consil. 196. num. 61. lib. 2.

Et si quidem ea prima ratione, vsi sunt, quod eadem castitas requiritur in vidua intra annum luctus, quæ requiritur constante ipso matrimonio. l. vlt. ff. de diuor. & repud. & §. solutam. in Auth. de nupt. & tradit glof. in l. vnica. §. ex actio. C. de rei vxor. actio. Quomodo ergo ad euitandam turpem suspitionem mulieris nuptæ, sumitur præsumptio, quod acquisierit ex bonis mariti, idem pariter dicendum est in ipsa vidua. Et rectius dicere possumus, quod sicuti in muliere nupta, ex duabus præsumptionibus sumitur hæc honesta, quod ex bonis viri acquisierit, & non illa, quod ex turpi quæ situ. Ita pariter idem dicendum est in vidua. Cæterum si mulier nupta secundo viro, & ignoratur ex cuius bonis acquisierit, præsumptio est, quod ex bonis secundi. Ita Boer. in d. q. 81. nu. 10. post Angel. in consil. 141.

Extenditur quartò, vt hæc præsumptio locum habeat, etiam si mulier ipsa constante ipso matrimonio, vel intra annum luctus negaret, se acquisiuisse ex bonis mariti. Nam adhuc contra eam præsumitur. Ita Neuz. lib. 4. syluæ nupt. nu. 2. vers. 3. amplia. & Ant. Gabr. in d. conclus. 15. num. 6. ex sententia Io. Lupi in d. §. 60. num. 15. vers. limita primò.

Verum quomodo procedat hæc extensio dicemus infr. in 8. exten.

Extenditur quintò, vt locum habeat, etiam si mulier, constante ipso matrimonio commiserit adulteriū. Nā adhuc quæ sita ab ipsa vxore præsumuntur ex bonis mariti acquisita. Ita Io. Lupus in d. §. 60. num. 11. & Anton. Gabr. in dict. conclusione 15. num. 9. ex sententia Baldi in leg. cum oportet, nu. 12. C. de bon. quæ lib. & Barb. in cap. 1. de peccul. cler. Verum si diligenter perpendantur verba Bald. contrarium his affirmasse videtur.

Extenditur sextò, vt locum habeat hæc præsumptio et contra singularem ipsius mulieris successorem, vt est contra eum, qui deinde ab ipsa muliere emit. Nā hæc præsumptio operatur contra emptorem illum, sicuti contra ipsam mulierem. Ita tradunt Alber. in l. etiam. C. de dona. inter virum, & vxor. Lupus in d. §. 60. num. 15. vers. amplia tertio. Neuz. in d. lib. 4. syluæ nuptia, nu. 21. vers. secundò amplia. & Ant. Gabriel. in conclus. 15. nu. 10. Et huius sententiæ ea est ratio, quod nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habeat. l. alienatio. ff. de contrah. emp. & l. traditio. ff. de acquir. rerum dom. Cum ergo mulier nullum ius habeat in his acquisitis, ex quo mariti præsumuntur, sequitur dicendum in emptorem illum transmittere non potuisse.

Extenditur septimò, vt hæc præsumptio locum habeat, non solum ad commodum heredis mariti, sicuti de herede respondit Paris. in consil. 62. col. 2. lib. 2. sed etiam ad commodum singularis successoris ipsius mariti. Nam & iste aduersus mulierem obijcere poterit hæc iuris præsumptionem. Ita respondit Decius in consil. 237. colum. vlt. quem secuti sunt Neuz. in dict. lib. 4. syluæ nupt. nu. 21. vers. quarto amplia. Alciatus in tract. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 26. num. 1. versic. quarto declara. & Antonius Gabr. in dict. conclus. 14. num. 11. & Bellonus in consil. 17. in fine. Et huius traditionis ratio afferri solet, quod præsumptio hæc est à lege inducta, ad euitandam suspitionem turpis quæ situs. Quæ quidem præsumptio rem ipsam quodammodo sequitur, ita vt à quouis possessore obijci aduersus mulierem iure possit. Et comprobatur, quia si præceptio de iure obijci potest, quando est exclusiua intentionis agentis. l. 2. vbi Socii. nu. 4. ff. de except. rei iud. ita à fortiori successor iste singularis obijcere potest exceptione hæc suo auctori competentem, cui ipse successit. Nā, & in singulari successorem transeunt omnia iura sui auctoris, respectu illius rei in qua successit.

Nec repugnat quod Bald. in l. si vxor. nu. 7. C. de con-

dit. infertis. & Alex. in l. qui iure familiaritatis, num. 5. ff. de acquir. poss. & in consil. 101. lib. 1. à prædicta opinione dissentire videantur. Quandoquidem nullo iure vel ratione horum traditio soletur. Nam enim text. d. Quintus. quem allegant, eis suffragatur. Cum eius ratio militet tam pro successore mariti, quam pro ipso marito, vt iam diximus. Et præterea Bald. non loquitur de successore singulari, sed de extraneo, sicuti Bald. ipsum declarauit Dec. in d. consil. 237. in fin.

Extenditur octauò, vt hæc præsumptio locum etiam habeat, quando mulier diceret, se habuisse pecuniam illam ante contractum matrimonium. Nam adhuc præsumptio est, quod imò illa pecunia sit ex bonis mariti, nisi mulier ipsa suam illa assertionem probet. Ita ex sententia Vberti de Bobio docuit Albericus in l. etiam. C. de donat. inter virum, & vxor. quem secuti sunt Aret. in consil. 31. num. 5. Lupus in d. rub. extra de don. inter virum, & vxor. §. 60. num. 16. ver. sed quamuis. & Didac. in c. 1. num. 6. de testam.

Ea vsi sunt ratione, quia cum bona quæ repetiatur apud ipsam, vel constante matrimonio, vel eo soluto, intra tamen annum luctus, præsumuntur bona mariti, cui subdita est, vel fuit. Et quia solent bona in dotem data, in inuentarium redigi. l. si ego. §. vlt. ff. de iure dotium. Et ideo cum hæc non reperiantur in eo descripta, mariti præsumuntur. Et ad rem optime confert text. in Auth. licentiam. C. de episcop. & cler. vbi cum dubitatur an res acquisitæ à prelato fuerint quæ sita post ademptū beneficium, vel ante, præsumitur pro Ecclesia, quod fuerint acquisita post, & sic ex bonis Ecclesiæ. Et ratio est, quia cum prelatus ab initio non distinxerit res suas per libellum, seu inuentarium, à reb. Ecclesiæ, sicuti distinguere debebat. cap. manifesta. 12. quæst. 2. præsumptio est contra eum, quod nullas proprias tempore promotionis habuerit, ex quo fuit in culpa, non obseruando cautelam legis. Ita scribit Inn. in cap. cum in officijs. de testamen. Quæ sanè ratio optimè casui nostro conuenit.

Nam mulieres prælati comparantur, sicuti Innoc. & alij supra commemorati affirmant. Et accedit, quod si aliter diceremus, faciliè esset mulieri, vel eius hæredibus dicere illa bona fuisse quæ sita ante matrimonium. Et hoc modo transferre onus probandi contrariū in maritum, vel eius hæredem, atque ita reddere elusoriam iuris dispositionem. Et absurdū certè esset, quod sola mulieris negatione, illa bona fuisse quæ sita constante matrimonio, grauari deberet maritus probandi onere. Quibus constat minus rectè sensisse Bald. in l. si vxorem. C. de cond. infertis. Salic. in l. etiam. in fine. C. de donat. inter virum & vxor. Alexand. in consil. 42. num. 3. lib. 5. Claud. de Scyfel. in leg. qui iure familiaritatis. ff. de acq. poss. & Crau. in consil. 61. nu. 7. Cum dixerunt, quod imò negante muliere se acquisiuisse constante matrimonio, probandi onus pertinet ad maritum, vel eius hæredes, ij sanè minus rectè senserunt.

Cæterum Alciatus in dicta præsumptione 26. num. 1. versiculo tertio intellige, visus est conciliare opinionem. Inquit ille, quod aut mulier verisimiliter non potuit acquirere ante matrimonium, sicuti non potest filia, que est sub potestate patris, vel soror que dum est cū fratribus, & industria caret, operas tantum domesticas ad commodum fratrum præstat. Et hoc casu procedit prima illa opinio. Aut verò verisimiliter mulier hæc acquirere potuit, & tunc procedit secunda Baldi, & sequacium opinio. Et traditionem hæc probatur Did. & Anton. Gabr. præcit. in locis. Et apertius ante eos Aret. in consil. 31. num. 4. vers. supposito quod. Io. Lupus in dict. §. 60. num. 18. ver. & istud maxime.

Declaratur primò, vt loci non habeat hæc præsumptio, quando maritus confessus est, pecuniam illam fuisse ipsius vxoris. Nam tunc præsumeretur pro ipsa muliere, Tomus Primus.

Declaratur primò, vt loci non habeat hæc præsumptio, quando maritus confessus est, pecuniam illam fuisse ipsius vxoris. Nam tunc præsumeretur pro ipsa muliere, Tomus Primus.

muliere, quo ad evitandam suspicionem turpis questus. Ita declarat Signorol. in conf. 122. Alberic. in d. leg. etiã. C. de dona. inter vir. & vxor. Salicetus in l. cum propria. C. si quis alteri, vel sibi. Alex. in consil. 22. num. 7. lib. 4. Socin. Senior. in consil. 65. num. 20. versic. 20. lib. primò. Io. Lupus in dic. §. 60. Ripa lib. 3. responsum. cap. 4. in fine. Tiraquel. in l. si vnquam. in verbo largitus. nu. 100. C. de reuoc. don. lo. Corasius lib. 2. miscella. iuris. cap. 5. numer. 3. versic. cessat præterea. Boer. in quaestio. 81. nu. 5. in fine, qui ex sententia Spec. & Saliceti scripsit, quod ad tollendam suspicionem ex d. l. Quintus. sufficit, quod

28 mulier presente, & tacente marito, numeret suo nomine pecuniam, asseratque suam esse. Et idem affirmant Fulgosius in consil. 198. colum. 2. Rimin. Senior. in consil. 244. in fin. libro 2. Crauet. in consilio 61. num. 7. Osa-fcus in decisio. 240. num. 8. & Mascard. in conclus. 363. num. 1. Natta in consilio 39. num. 2. lib. 1. & Rota Rom. in decisio. 219. in fine in 2. parte in nouissim. & Alba in consil. 191. num. 9. lib. 1.

Quibus intelligimus hanc esse receptam opinionem, & si ab ea differant Bald. in consil. 166. Punctus talis est, in libro Catastri lib. 1. Salicet. in l. si mater. C. de contrah. emph. Aret. in consil. 31. num. 6. versic. ad secundum dicimus (ideo in codice corruptus est locus, cui ita scriptum sit, quod etiam si maritus non dicat, & car. illa negatiua est transponenda paulo post.) Alexand. in consil. 18. colum. 2. lib. 2. & Paris. in consil. 62. num. 12. lib. 1. Horum autem præcipua ratio, & argumentum facile cõfutuari potest, scribuntur confessionem factam inter personas prohibitas donare, nil operari, sed aliunde sumendas esse probationes, cum in fraudem legis facta præsumatur. I. qui testamento. ff. de probat. & l. si forte. ff. de Castr. pecu. Atqui confessio hæc facta inter virum, & vxor. facta est inter personas donare prohibitas. l. 1. & l. 2. ff. de donat. inter virum, & vxorem. Ergo nil proderit confessio hæc, & per consequens credendum est, ne turpis questus præsumatur pecuniam illam à marito accepisse.

Hinc argumeto facile respondetur, omissa Alcia. consideratione. Hic enim (sicuti etiam infra dicemus) duo impedimenta considerantur, quorum vnũ est, præsumptio, seu suspicio turpis questus. d. l. Quintus. Hæc præsumptio tollitur confessione mariti. Alterum est, quia cum donatio prohibita sit inter virum, & vxorem, non adhibetur fides confessioni mariti. Hoc impedimentum nil ad rem nostram pertinet, sed ad titulum, de don. inter virum, & vxor. Concil. ad tamen prædictas opiniones Alciat. in tract. de præsump. reg. 3. præsum. 26. vers. 10. declara. aliquot casus distinguit. Quorum primus est, 29 quando pecunia numeratur ab ipsa vxore emete, vel maritus fatetur pecuniam illam esse ipsius vxoris, & agit de solo detrimento ipsius mariti. Hoc casu non adhibetur fides huic confessioni, atque ita tollitur præsumptio. d. l. Quintus. Ita (inquit Alciat.) procedit secunda illa opinio Signor. Alber. & sequacium. De veritate huius casus, mox dicemus.

30 Secundus casus (ait Alciatus) est, quando ipsemet maritus emit nomine vxoris, & fatetur pecuniam esse ipsius vxoris. Hoc in casu non creditur illi confessioni, quia præsumeretur maritus donare. l. cum propriam. C. si quis alteri, vel sibi, & l. si non verum, & l. si filij. C. de donat. inter virum, & vxor. Et ex quo maritus numerat pecuniam, lex præsumit eam numerantis. l. 2. ff. pro soc. vbi Bar. Quare confessio ipsa mariti aduersus legis præsumptionem, inter personas prohibitas nil operatur. Hic casus verè non differt à precedenti, in quo Alciat. affirmavit esse adhibendam fidem assertioni mariti, nulla certè habenda est ratio, quod ipsemet mulier numeret, vel ipsemet maritus, quia aut confessio est falsa, & tunc est conficta, & falsa esse potest numeratio à muliere

facta, cum facile maritus clam tradere potuerit ipsi mulieri pecuniam, vel illa deinde suo nomine numeraret. Aut verò confessio est vera, seu vera esse potest præsumptiue, & tunc præsumptio imo probatio, quæ oritur ex confessione expressa mariti, præferri debet illi præsumptioni, quæ oritur ex actu ipso numerationis factæ à marito. Præterea considerandum est, quod hic duo extant impedimenta, quibus dicimus acquisita à muliere nõ acquiri, etiam stante confessione mariti. Vnum est ex præsumptione d. l. Quintus. Hoc impedimentum dicitur in blatum confessione mariti, vel expressa, vel tacita, ne aliqui vxoris leno fuisse videatur, contentiendo illius meretricio. Et hoc in casu vera non est illa cõsideratio, quam faciunt Aret. in consil. 31. col. pen. versic. ad secundum dicimus, & Fulgosius in consil. 198. col. 2. Non enim hic præsumi potest turpis questus, cum maritus ipse fatetur pecuniam esse vxoris, cessat etiam præsumptio furti, ab illis considerata. Alterum est impedimentum, quia donatio est prohibita inter virum, & vxorem. Et ideo confessio mariti, quæ aliqui inducit ipsam donationem, fides non adhibetur. Hoc impedimentum nil pertinet ad materiam huius nostræ præsumptionis, sed ad dispositionem l. 1. & torius tituli. ff. de don. inter vir. & vxor. Et propterea est dicendum, quod nisi adsint aliqua præsumptiones, quibus colligatur confessionem mariti esse veram, dicendum erit, confessionem non valere.

31 Tertius est casus (inquit Alciat.) quando agitur de præiudicio tertij. Hic casu confessioni mariti nulla adhibetur fides. Ita Alciat. scribit docuisse Salicet. in d. l. si mater. C. de contrah. empt. & ait probari argumento. §. aliud. versic. si verò non fuerit, vt acquiesca qualiter dicitur, vbi si maritus in instrumento dotis fatetur, autem fuisse dotem, licet confessio illa præiudicet marito contenti, non tamen præiudicat creditoribus. Hic casus duo pariter habet. Vnum quo ad præsumptionem d. l. Quintus. Alterum quo ad præsumptam fraudem contra creditores. Illud primum ita hoc in casu tollitur confessione mariti, sicuti tollitur in precedenti casu. Illud verò secundum permanet, nisi extent contrarie præsumptiones, & coniecturæ, quibus apparere possit, confessionem mariti veram esse, sicuti quando mulier bona aliunde habebat, vt tradit Salicet. in d. l. si mater, quem sicutus est Crauet. in tract. de antiq. temp. in 3. part. 1. par. princip. incipit. Quarto spectatur, num. 38. Hic casus secundum Alciat. præcitat in loco, multo magis locum habet, stante statuto, quod ad remouendas fraudes, acquisita per vxorem, censentur acquisita marito. Nam huiusmodi statutum non constituit fundamentum super præsumptione, & ratione l. Quintus. sed propter tollendas fraudes maritorum, qui vt circumueniant creditores, curant in instrumenta acquisitionem à se factarum, nomine vxorum confici.

Declaratur secundò hæc præsumptio, vt locum non habeat, quando mulier fesset adeo industria, vt verisimiliter ex suis negotiationibus potuisset acquirere bona illa ex lucris à se factis. Sicuti si esset mulier chirurga, vel obstetrix, vel lanificio, aliove simili artificio perita, vel mercaturam exercuisset, sicuti in Gallia, & Italia, multis in locis mulieres negociari videmus.

Hoc sanè casu, quidquid acquirit mulier sibi acquirit, cessante omni suspitione turpis questus. Ita Baldus in l. cum oportet, num. 12. C. de bonis, quæ liberis, & in consil. 299. Dicunt Petrus, & Cynus. in fin. lib. 1. Capra in consil. 13. num. 10. Romanus in consil. 159. Alex. in consil. 40. lib. 3. & in consil. 133. lib. 4. Petrasancta in sig. 99. incipit, inter virum, versic. sic. Crot. in l. frater à fratre, nu. 120. ff. de condit. in deb. Ioannes Lupus in rubr. extra de don. inter vir. & vxor. §. 60. nu. 19. versic. hinc est et. Rip. lib. 3. resp. c. 4. Alc. in tra. de præf. reg. 3. præf. 26. in 6. declar. Thom. Ferrat. in caut. 41. n. 4. Bellon. in consil. 17. in fi. & Anton. Gabr. in d. consil. 15. num. 12. & Io. Corasius

fius in lib. 3. miscella. iuris. cap. 5. num. 3. versic. rursus. Et ratione ij moti sunt, quia hic cessat illa suspicio turpis questus, quæ mouit Mutium Scæuolam, ad respondendum acquisita à muliere præsumi quæ sita ex bonis mariti. Hac itaque suspitionis ratione, & causa cessante cessat etiam præsumptio hæc.

Nec repugnat, quod præcticus Papiensis in forma libelli, quo mulier agit ad dotem, in verbo, tãquam bona paraphernalia, à prædicta recepta sententia dissentiat, ea ratione, quod mulier tenetur operari marito, à quo consequitur alimenta. l. sed et si virum. in princ. ff. de donat. inter virum & vxorem, & l. sicut. ff. de operis liber. & propterea sibi ipsi acquirere non potest. Nam respondetur, mulierem teneri folum præstare operas reuerentiales, & obsequiales marito, non autem industriales. Ita gl. in l. sicut. ff. de operis liber. & in c. quod die. 3. q. 5. & in specie sic explicant, & respondent Bal. in l. etiam. col. 2. C. de cond. infertis. Boer. q. 81. n. 4. Ripa lib. 2. respon. cap. 4. nu. 4. & Tiraq. in l. si vnquam in verbo, donatione. nu. 100. C. de reuocan. donat.

Ceterum declarationem hanc intelligit Alciatus in dicta præsumptione 26. in sexta declaratione, non proponit, quando fors ipsa principalis, cum qua mulier ipsa negociata est, mariti fuisse. Nam tunc nomine mariti negociationem exercuisse præsumitur, & propterea lucrum ei acquisuisse dicitur. Ita dicimus, filium acquirere patri, cum ex illius pecunia negociatur, Bal. & reliqui in l. cum oportet. C. de bonis quæ liberis, & dicemus suo loco. Et præterea intellexit Alciatus declarationem 35 hæc, nisi in contrarium extaret f consuetudo, qua obseruari soleat, vt acquiesca mulieris industria, marito acquirantur. Ita ait Alciatus colligi ex Host. & alijs in cap. significauit. de donationi. inter virum, & vxorem. Quod autem mulier consueuerit lucrari, vel non, & quado, iudicis arbitrio relinquitur respondit Capra in dict. consil. 13. num. 10.

Declaratur tertio, vt non procedat hæc præsumptio, quando appareret mulierem habuisse pecuniam à consanguineo. Nam tunc non præsumitur quod bona deinde acquisita, fuerint empta pecunia mariti. Ita ex sententia Ricardi, & Cyni scripsit Bald. in leg. cum oportet. in princ. nu. 14. C. de bonis quæ liberis, qui ob id tradidit cautelam, qua tutè mulier possit sibi acquirere, vt scilicet curet sic pecuniam sibi à consanguineo dari, & deinde prædia emat. Hæc cautela (vt rectè docuit Bal.) peccatum continet, quocirca cauendum est, quia etsi de his non cognoscit iudicetv Ecclesia militans, illa tamen triumphans, cui nil occultum est, seuerè vindicabit. Et præterea (inquit Bald.) hæc cautela nil operaretur, quando probaretur, pecuniam illam statim restitutam fuisse à muliere consanguineo, iuxta l. 1. C. si seruus extero. quando autem verè constaret pecuniam illam fuisse donatam à consanguineo, vel ab alia ipsi mulieri, res caretet probabili dubitatione. Nam in claris verfaremur, si entietiam responderunt Caslaneus in consil. 29. nu. 12. & Crauet. in consil. 61. num. 7. & idem affirmavit Alciat. in d. præsumptio. 26. num. 4. versic. idem est, post Fulgosium in consil. 198. & Albericum in d. l. etiam. Et subiungit Alciatus, declarationem hanc procedere etiam quando huic mulieri fuisset donata pecunia, vel res ab Amasio. Ita scripsit Alciatus, affirmasse Angel. & Præf. Pap. ac etiam Guid. Pap.

Declaratur quarto, vt locum non habeat, quando mulier probauit, se habuisse ab Amasio, vel ex turpi questu. Hoc casu cessat præsumptio. d. l. Quintus, & illud sic donatum manet in dominio ipsius mulieris, cum datum mulieri etiam ex turpi causa, efficitur ipsius. l. idè. §. sed quod meretrici. ff. de cond. ob turpem causam, & probat dict. l. Quintus. à sensu contrario. Ita in specie declarat Præct. Papiensis in forma libelli, quo vxor agit ad do-

tem, in verbo. tanquam, num. 4. qui alijs comprobatur. Verum hæc declaratio non est de re dubia, sed in casu claro.

Declaratur quinto, vt locum non habeat hæc præsumptio, quando constaret mulierem fuisse diuitem, & viro pauperi nupsisse. Nã tunc præsumitur potius ex propria pecunia emisse, quam ex illa mariti. Ita Butr. & Anchar. in cap. 1. in secundo notab. de peculio clerico. Socin. Sen. in consil. 249. in fin. lib. 2. Ioannes Lupus in rub. extra de donatio. inter virum, & vxor. §. 60. numer. 19. versic. & ex his inferitur. Alc. in tract. de præsumptionibus. reg. 3. præsumpt. 26. nu. 4. versic. 9. declara. Cora. lib. 3. miscella. iuris. cap. 5. num. 3. & Anton. Gabriel. in lib. 1. conclusionum, in tit. de præsumptionibus conclusio. 15. num. 24. Hoc sanè casu cessat illa præsumptio turpis questus.

Declaratur sexto, vt non procedat hæc præsumptio, quando mulier administrasset bona alicuius. Nam etsi regulariter non præsumatur administrator acquisuisse ex bonis administratis, vt suo loco dicemus, attamen hoc casu præsumitur mulierem potius ex illa acquisuisse, quam ex turpi questu, ita respondit Alex. in consilio 82. num. 14. lib. 2.

Declaratur septimo vt non procedat hæc præsumptio, quando maritus traduxit se ad vxorem, atque ita cum iuit ad domum vxoris. Nam tunc deinde ab ea quæ sita, præsumuntur ex bonis proprijs, non autem mariti quæ sita. Ita Salicet. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito. Socin. Sen. in consil. 128. col. 2. versic. secundo pro hoc accedit. lib. 1. quos secutus est Crauet. in consil. 61. nu. 7. versic. tertio dicitur. Et idem affirmavit Anton. Gabr. in dict. conclus. 15. num. 23.

Declaratur octauo, vt non habeat locum hæc præsumptio, quando mulier habebat proprietatem rei, & deinde finito vsu fructu, illa est consolidata cum eo. Ita declarat Gabr. in dict. consil. 15. in fin. ex sententia Caslanei in commentar. ad consuet. Burgundiar. Quæ sanè declaratio de re clara, & certa est, in qua cessat omnis suspicio. Declaratur nono quando redditus, & bona mariti tot non sunt, vt deducta impensa domus possint tot superare, vt vxor ex eis potuerit acquirere. Ita Aretin. in consil. 31. col. pen. versic. præterea dato & c. Capra in consil. 13. num. 10.

Declaratur nono, vt non procedat hæc præsumptio, quando ad recuperationem bonorum. Et si enim essemus in casu d. l. Quintus. attamen maritus, vel eius successores non possent recuperare bona ipsa acquisita, sed solummodo pretium numeratum. Ita Bar. in l. vxor marito, num. 3. C. de donat. inter virum, & vxor. & in l. si instrumenta. & ibidem Io. de Platea. C. de fide instrum. & iure hæcæ fiscalis. lib. 10. Bald. in consil. 358. super eo quod queritur. col. 2. lib. 2. & in consil. 66. Punctus talis est, in lib. catastro. lib. 5. Signorol. in consil. 122. num. 20. & in consil. 126. Crotus in l. frater à fratre, numer. 120. ff. de condit. in deb. Io. Lupus in rubr. extra. de don. inter virum, & vxor. §. 60. num. 20. Alc. in d. præsump. 26. n. 4. ver. 8. intellige. Ripa lib. 2. respon. c. 4. in fi. Bertran. in consil. 198. lib. 1. Boer. in q. 81. num. 5. in fi. Cora. in lib. 3. miscellan. iur. c. 5. num. 7. Crau. in consil. 81. n. 4. & Ant. Gabr. in d. consil. 15. num. 14.

Et huius sententiæ ea est ratio, quia res à te empta ex pecunia mea, non efficitur mea, sed tua, ego verò à te pecuniam repetere possum. l. 1. C. si quis alteri, vel sibi, & in specie probat l. multum, eod. tit.

Declaratur decimo, & vltimo, vt locum non habeat, hæc præsumptio, f quo ad iudicium possessorium. Nam in eo iudicib obtinebit mulier. Ita Bald. in l. si vxor, nu. 7. C. de condit. infertis. Soc. Sen. in consil. 131. col. 2. lib. 1. Alciat. in d. præsumpt. 26. num. 2. versic. 5. declara. Ioan. Lupus in d. rub. extra de don. inter virum, & vxor. §. 60.